3.
(4)

XENIA AD

IACOBVM

POTENTISSIMVM

inuictissimumque Britanniæ, Franciæ, & Hyberniæ: REGEM, PRINCIPEM, & PROCERES.

A.D.D. Sc. Brit. Strath.

conscripta.

Ad zoilum.

Hic nihil admixtum est, quod tetra calumnia carpat,
Si nescis mores, nostra papyrus habet,
Interim alterius, mordacem Zoile dentem
Exerce: huic quoduis esca cadauer erit.

Ad potentiſsimum, inuictiſsimumq; Britanniarum Regem.

DElicium cæli, terra decus, Accipe, nos ſe
Aduoluunt pedibus carmina panca tuis.
Nam quamuis tibi nulla dari, niſi magna decebat,
Parua tamen leta ſumere fronte ſoles:
Aſpectu licet illa tuo, non digna fatemur,
Sed tuus hæc potiùs eſt, reddere digna fauor.
Te ſine nil, ſed multa tuo cum numine poſſum,
Nititur auxilio ſpes mihi tota tuo:
Ipſe quidem nil ſum fateor, te iudice magnus
Dicar ego, liceat ſi placuiſſe tibi.

Hendecaſyllabum ad Regem.

DVm vulgus tibi ſupplices libellos,
PRINCEPS MAXIME, porrigit legendos,
Libros nos quoq; nunc damus tenellos,
Plenos officijs, amore plenos,
Nec ſatis fuit hactenus libellos
Tibi obtrudere, nec ſatis politos

Ne ligno oculus tuus, tuæq;
Censuræ: Ex temerario tuo reuertor,
(PRINCEPS, quo nihil Orbis hic adorat
Doctius moderat,) teq;
Nugarum onero lectione tantum
Saturnalitiis diebus opta:
Rebus te simul arduis vacare
Scimus, Castaliisq; posse musis:
Nec vatum tibi displicent camenæ
Quæ te voce ferant per astra magna
Virtutesq; tuas sonantiore
Seris carmine posteris relinquant:
Sed tunc hæc poterunt legi otiosæ,
Si des dimidiam horulam vacanti,
Quæ si lecta probes, nihil morabor
Quid effuciat imperita vulgi
Turba, aut ineptiens improbe superbo,
Tumentes sciolæ, grauesq; momi:
Iustar omnium eris mihi: perampla est,
Docto gloria PRINCIPI placere:
Qui vult atque potest, beare multos
Serenissime, maximeq; PRINCEPS,
REX est ille beatus atq; felix.
Sors est aurea, nempe sola regum,
Posse & velle, homines beare multos:
Quid? quod REX nihil euenire dixit

Magnis

Magnis PRINCIPIBVS, *virisq; magnis,*
Fortunatius, hic ANAXILAVS:
Quam quod sic bene de bonis merendo,
Mortales reliquos sibi obligaret,
Et certamine vincerent beato:
De musis, bene velle sic mereri,
Musa perpetuum decus rependunt.

Ode Basilica ad potentissimum Regem.

IACOBE, magnis edite regibus,
Rex erudite PIERIDVM *manu*
O gratiis secunde nulli:
Si quid ab imperijs ordinandis,
Vacare rebus te iuuat, ad mea
Dimitte vultus carmina, & aures,
Flexus ocelli regio q;
Cuncta supercilio mouentis:
Nec docta, nec te digna, nec auribus
Fortasse puris, debita munera:
Sint ista quamuis, at mei,
Sint animi fidei q; signa:

Optare

Optare quid plus à ſibi ſubdito,
Rex poſſit? O non digne tua modo
Britanniæ imperare noſtræ
Verum etiam dare iura mundo:
Non hic auorum facta leges tuum:
Non res tuas hic carmine maſculo
Dictas recognoſces IACOBE
Ter gemino celebrande honore,
Morum venuſtas, eloquij vigor,
Doctrina per ſe maxima, quæ tamen
Tu plurimum illuſtras, adeptus
Omnia tam teneris ab annis.
Facundiæ vis quid valeat tuæ,
Senſi ipſe, cum tot verba ſuauia,
Mellita cum tot dicta ſemper
Nectareo iaceres ab ore.
Curâ fideli, qui miſeros foues
Orbæ marito quæ viduæ fauet,
Orbos puellos qui tueris,
Et ſcelera hinc abigis fugaſq́.
Quam ſæpe pœnis tu premis improbos,
Tutoq́ ſulcis præſidio probos,
Subditiſq́, clementiaq́ et
Iuſticiæ ſpecimen dediſti.
Sic tu, IACOBE, *qui ſimilis* IOVI
Tot papiſtarum barbara Gentium

Conata

Consta monſtroſaſq́; technas,
Auſpicijs ſuperas ſecundis.
ANGLIA blando te vidit & colit
Iam læta vultu, iam poſuit minas,
Tutoſq́; per campos quieta
It placidus Tameſinus vnda:
Iam iam ſepulta, fletibus, & nigro
Luctu, ſereneſcit reducta patria,
Vultu tuo lux & videntur,
Ire dies melioré ſole.
Sic ille namq́; es, numine cuius, et
Pacata noſtri per maris æquora
Nautæ feruntur, datæq́; terris
Semina fertilibus colonis,
Securus & iam non timet, vſibus
Ne ſeminarit militis impij:
Per quem, per agros tutus it bos
Tuta pecus ſtrit arua tutum:
Tu ſolus ille es, qui regionibus,
Exterminabis, omne nefas tuis:
Ac exules is terra ſorores,
Sidentibus reuocabis altis.
Macte ergo PRINCEPS OPTIME, non tua
Carebis, vllo tempore, gloria,
Nouaq́; ſemper laude tenta,
Iungere præteritis honores:

Tunc

Tunc digniori te cythara ſono
Ventura nec quam ſecla redarguant,
Canemus: O inuicta noſtris
Materies ſatis ampla muſis.

Tetraſtichon in pacificum dictum Reg. Brit: beati pacifici.

PAcis amans belliq́, oſor, Rex diceris eſſe
Pacificiq́, ideo, nomina regis habes:
Interea ſic longa tibi DEVS OTIA *præſtet*
Vt Romana tua corruat Hydra manu,
Ergo diu viuas, gentis tutela Britannæ
Vnaq́, Saxonici, ſpes columenq́, ſoli.

Hendeca-

Hendecasyllabum ad serenissimum Henricum valliæ Principem.

SPlendor Britannæ, HENRICE gentis,
HENRICE Aonidum decus sororum,
Magni delicie, atq; alumne Phœbi,
Te certe video, bone camœnæ
Amant, & merito fauent alumno.
Vt cuius violas dedere cunis;
Et paruo latices, equi volantis
Sugendos tribuere, Apollinisq;
Indulsere lyram; fauore eodem,
Annis, atq; animis, vigentem, & auctum
Prosequuntur, habentq; cariorem.
Dum non à nitidis, heues retinæ
Maiorum radiis, tuos ocellos,
Mentis altius explicans sed alas,
Pulchro verice tangis astra uelsa,
Sic maioribus & tuo PARENTE,
Dignum te arguis: optimamq; de te
Spem præbes PATRIÆ. Euge & institutæ
Nec te peniteat uiæ, Inuentam
Exerce studiis, quibus beatam
Possis ducere, pulchro honore uitam
Queis te uirtutibus beatiorem

Cenſebo an quod habeas REGUM PARENTEM,
Illum, Heroica cuius orbe tota eſt
Virtus cognita, magniſq; trophæis,
Qui æterno referens honore famam,
Immortale decus ſibi, tibiq;
Et genti, patriæq; comparauit:
Sic non diſſimilis TVO PARENTI,
Doctrina, bonitate, ſanctitate:
Bonis omnibus affluas beatus:
Felicique diu fruaris æuo.

Ad Henricum, & Carolum fratres Principes.

MAgni PROPAGO *maxima* PRINCIPES
HENRICE *&* CAROLE *qui paternum*
Pectus indole nobili refertis:
Non eſt ſatis obtinere nomen
Illuſtre in patriæ imperare multis
Magniſq; populis: opes honores,
Semper obtinuiſſe non ſecundos,
Ni digni his videamini: ſed eſſe
Dignos qui negat, is negat neceſſe eſt

Se

Se cognoſſe bona educatione, &
Natura melioris inſtituto,
Quam omnes ſuperetis: vt laborum
Veſtra ſit patiens iuuenta, ſine
Tractare arma, leuiq; ſaltu, aut
Curſu vincere: ſeu feros volucri
Gyro flectere equos: ſed his gradiui,
Cum vobis placet, abſtinere ludis,
Et muſis & Apollini vacare:
Euge PROGENIES DEORVM, *honore hoc*
Sic magnum labor Herculem beauit
Et virtus ſuperâ locauit aree.

Tetraſtichon ad vallíæ Principem.

DElicia mundi, patriæ ſpes, cura, leuamen
Et noſtri imperij gloria ſemper eris,
Sis felix referas, attauos, virtute patremq;
Sic te poſteritas, FORTIBVS *addet* AVIS
Hinc geminus tibi ſurget honos & gloria duplex
Herculei qualis nominis extat honor.

Censebo? an quod habes REGEM PARENTEM,
Illum, Heroica cuius orbe tota est
Virtus cognita, magnisq; trophæis,
Qui æterno referens honore famam,
Immortale decus, sibi, tibiq;
Et genti, patriæq; comparauit:
Sic non dissimilis TVO PARENTI,
Doctrina, bonitate, sanctitate:
Bonis omnibus affluas beatus:
Felicisq; diu fruaris æuo.

Ad Henricum, & Carolum fratres Principes.

Magni PROPAGO *maxima* PRINCIPES
HENRICE *&* CAROLE *qui paternum*
Pectus indole nobili refertis:
Non est satis obtinere nomen
Illustre in patria: imperare multis
Magnisq; populis: opes honores,
Semper obtinuisse non secundos,
Ni digni his videamini: sed esse
Dignos qui negat, is negat necesse est

Se cognoſſe bona educatione, &
Naturæ melioris inſtituto,
Quam omnes ſuperetis: vt laborum
Veſtra ſit patiens iuuenta, ſiue
Tractare arma, leuiq; ſaltu, aut
Curſu vincere: ſeu feros volucri
Gyro flectere equos: ſed his gradiui,
Cum vobis placet, abſtinere ludis,
Et muſis & Apollini vacare:
Euge PROGENIES DEORVM, *honore hoc*
Sic magnum labor Herculem beauit
Et virtus ſuperâ leuauit aret.

Tetraſtichon ad vallíæ Principem.

DElicia mundi, patriæ ſpes, cura, leuamen
Et noſtri imperij gloria ſemper eris,
Sis felix referas, attauos, virtute patremq;
Sic te poſteritas, FORTIBVS *addet* AVIS
Hinc geminus tibi ſurget honos & gloria duplex
Herculei qualis nominis extat honor.

Ad Dominum Thomam Ægertonum Angliæ cancellarium.

XENIA quæ rediens, poscit ceu debita IANVS,
Hæc virtutis, erunt pignora digna tuæ:
Te virtus, te casta fides, sibi iactat alumnum,
Et meritis gaudet Saxonis ora tuis;
Norma ei iustitia, iuris moderator & æqui,
Principiis fit merito te comitatur honos
Ergo SAXONICI, *vir prestantissime* REGNI,
Sit regi, dubium est, gratior an populo.

Ad Henricum Hauartum Comitem Northamtonienſem.

HENRICE *Optatis decus tuæq;*
Ornamentum etiam Domus pertinet:
Qui res consilio regis sagaci,
Vt genti bene consulas BRITANNAE:
Laus hæc ampla quidem, tuoq; digna

Magno

Magno nomine quod tibi dederunt,
Pro virtute tua, Dei benigni,
O & pietatum decus sororum:
Haud obtundere nunc tat occupatu,
Rerum turbinibus, grauissimarum
Auderem tibi versibus minutis,
Sèd sic est, fauor vt magis benignus,
Perspectus mihi sit, magisq́; notus,
Longa quam sit opus probatione,
Qua res nunc facit, vt libenter esse
Causa te cupiam meæ patronæ,
Per te quo mea, Principi THALIA
Fiat gratior & placere possit,
Fortunaq́; frui benigniore,
Quod nunc vt facias, minus graueris,
Submisse volo te putes rogari:
Verum ne dubites tibi minister
Musa premia, gratiaq́; digna,
Pro patrocinio tuo, rependent:
Musarumq́; fauentibus tuæ mi[illegible]stri
Laudes perpetuum canent per ævum.

Ad

Ad Robertum Cecilium Comitem Salisburienſem, & Angliæ Secretarium digniſsimum.

CECILE noſtris non tacende verſibus,
CECILE flos Britannie,
Iambus iſte noſter, ad tuas iter
Habere quem vides manus:
Amore captus ille nam tuo, tibi
Se iure totum dedicat;
Quid obſtupeſcis? carmine hoc non liuidis
Te ſtringit, hic vllis notis,
Sed te tuamq́, gloriam, preconio,
Poeta debito canit;
CECILE, magni magna patris, gloria,
Virtute quem ſic exprimis,
Nempe indolem in te patriamq́, induſtriam;
Miramur omnes inſitam,
Amate nobis, quantum amare, conuenit,
Illuſtre virtutum decus:
Prudentius nil te vidi, nil mitius,
Nec ſuauius, nil iuſtius:
Sed quid fatigo, laude te fruſtra mea,
Qui notus es ſatis omnibus;

Ip-

Ipſiꝙ Regi es, notior, quàm ceteris:
Qui teſtis optimus tuæ,
Fidei atꝙ amoris, vnice te diligit,
Et amore dignum iudicat,
Sed cur ego vltro tedium affero tibi,
Faſtidioſis verſibus,
Nihil eſt quod à te tot meis extorqueam
Verbis, niſi vt me diligas,
Interꝙ tantam me clientum copiam,
Numerare pro tuo velis.

Ad Iacobum Elphinſtonum Baronem Balmerinenſem Scotiæ Secretarium.

SI quem Rex *merito ad ſummos euexit honores*
Te nemo meritis exſuperare poteſt
Prima tibi eſt ætas, Phœbo muſiſꝙ dicata,
Aoniaꝙ ingens nomen ab vrbe fuit
Vnde Calidon, *ô præſes num ſolus Orbis es*
Et noſtro ſolus das tua iura foro.
Hinc lepor, & docta, ſuauis facundia lingua
Te decorant mentis, conſiliꝙ vigor,

Hinc

Hinc tu Scotigena, vigilans, bene consulis aulæ,
Nunc{q} affers patriæ, commoda multa tuæ:
Macte age, nam maiora tibi pia numina spondent;
Præmia virtuti scilicet æqua tuæ:
Quid loquor? est cunctis, tua sat bene cognita virtus.
Non igitur nostri murmure cantus eget.

Ad Dominum Thomam Lakeum amicum integerrimum.

QVod te magnus amat PRINCEPS BELLA INVIDIS
LAKE tuam merito, REX probat ipse fidem. (ora,
Te quod amat populus, facit officiosa voluntas,
Ac bonitas animi dexteritasq{ue} tui,
Sed magis hoc pietas facit, & tua cognita virtus
Scilicet hæc, te ut amem teque{q} tuear, causa fuit.
Vtque soles virtutis iter, sine fine tuere;
Nam virtus spondet, maxima quæq{ue} tibi:
Vive sine invidia, & tam pulchro nomine clarus
Perfruere, ac sospes tempora longa vola.